



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Polanci Societatis Iesv Theologi, Directorium  
Breve, Ad Confessarii, Ac Confitentis Mvns Rectè  
Obeundum**

**Polanco, Juan-Alphonso de**

**[Köln], 1617**

De his, qui eum moriente ad animam ipsius iuuandam, tractantur. Capvt  
II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41600**

eum studeat & amanter & prudenter cū  
eo agendo, eius beneuolentiā sibi cōci-  
liet, vt quæ ad suam salutem pertinent,  
audiat libentius, admittat facilius, & ita  
magis proficiat, & ipso reuertente, si re-  
dire oporteat, potius recreetur in Domi-  
no, quàm molestia afficiatur.

Demum postquam explorata fuerint *Liber-*  
ei, quæ oportet intelligi, vtatur religio- *ritate mo-*  
sa, & modesta libertate, in omnibus, quæ *desta v-*  
ad officij sui functionem pertinent, tam *patitur.*  
erga ægrotum, quam circumstantes.

*De his, qui eum moriente ad animam  
ipsius iuuandam, tractan-*  
*tur.*

## C A P V T I I.

Q VÆ in auxilium morientis fieri vti- *Diuisio*  
liter possunt, & cum ipso, aut per *eorum,*  
ipsum transiguntur, in duplici gene- *que di-*  
re sunt, aliqua enim vt necessaria cen- *cedenda*  
sentur, quæ ad faciendum quod debet, *suat.*  
hominem disponunt: aliqua vt conueni-  
entia & utilia, quæ ad consolationē sci-  
licet & maius meritum morientis perti-  
nent: & quidem necessaria vel adiuuant  
morientem in iis, quæ ad animæ sta-  
tum, vel in ijs, quæ ad prouidentiam er-

ga sibi coniunctos, & corporis ad rerum externarum dispositionem faciunt, & quamuis hæc aliter curari debent, cum & ipsius intellectus, & voluntas, & temporis commoditas, omnia exactè fieri permittit: aliter cum aliquid horum deest: prius omnia tractabimus, perinde ac si ægrotantis ac temporis dispositio integrum ipsi auxilium exhiberi permetteret: deinde de iis casibus seorsum agatur, in quibus, quòd desit aliquid horum, personæ habitudini, ac tempore se accommodare oportebit.

*Que cura sit, ut moriens in gratia Dei & charitate decedat.*

PRIMA ergo, & præcipua cura iuuantis eos fideles, quibus mors iuxta peritorum sententiam, creditur imminere, sit circa animæ statum, ut scilicet in gratia Dei, & charitate ex hac vita decedant. Et quia per Sacramenta, ea in cordibus nostris per Spiritum sanctum diffunditur, ut eis muniatur infirmus, primo quoque tempore curandum est. Postquam ergo salutauerit ægrotantem, & (si expedite iudicabit) Euangelium, vel Orationem super ægrotos dici solitam, vel vtrumque recitauerit, vel aliquid mente in Deum eleuata, & super eum manibus impositis orauerit, sedensque aliqua vel audiuerit, vel interrogauerit,

sumpta

sumpta occurrerit, & amantem ad sacramentum iusmodi nunc periculum dici secundum ipsius vitam tempus est, & an ipsum sub ad Patrem amantissimum test ipsum (dit) restituit sanitatem endo.

Conferat in sumpta, & pro eo (ut ipse nemo habet) quis amicus sunt, se non potest

bris ad rerum  
faciunt, &  
debent, cum  
tantas, & tem-  
a exactè fieri  
quid horum  
mus, perinde  
is dispositio  
iberi permit-  
scortum age-  
t aliquid ho-  
ac tempore se

a cura iuuan-  
rs iuxta peri-  
imminere, sit  
licet in gratia  
ta decedant.  
a in cordibus  
um diffundi-  
mus, primo  
m est. Post-  
totantem, &  
ngelium, vel  
dici solitam,  
, vel aliquid  
& super eum  
t, sedensque  
errogauerit,  
sumpta

## Eos qui moriuntur. 15

sumpta occasione ex his, quæ ægrotans  
respōderit, vel aliunde, significet blandè  
& amanter (nisi in aliquo casu videretur  
ad sacramenta prius adducendus vel hu-  
iusmodi nuncium differendum esse, cum  
periculum non esset in mora) quòd me-  
dici secundum artis suæ experiētiam, de  
ipsius vita dubitant: adiungens, nunc  
tempus esse, cum humana auxilia paren-  
tum, & amicorum, & medicorum parum  
ipsum subleuare possint, vt toto se corde  
ad Patrem cœlestem conuertat, qui vt  
amantissimus, vult, & vt omnipotēs po-  
test ipsum iuuare, vel sanitatem (si expe-  
dit) restituendo, vel, in omnem euentū,  
sanitatem & vitam perpetuam ei tribu-  
endo.

Conuertat etiam se, & spem suam  
erigat in verum amicum IESUM CHRIS-  
TUM, qui tantoperè ipsum dilexerit, &  
pro eo sanguinem suum totū effuderit;  
quæ probatio amicitiae perfecta fuit, nā *Ioan. 15.*  
(vt ipse testatur) maiorem dilectionem  
nemo habet, quàm vt animam suam po-  
nat quis pro amicis suis. CHRIS-TVS est  
amicus verè fidelis, qui, cum alij dese-  
runt, scilicet in morte, quòd nolint vel  
non possint prodesse, tunc ipse maximè

M 4 & vult

& vult, & potest amicos iuuare. Idem etiam est sapientissimus medicus, qui non solum corpus (eum id conuenit) ad breuem huius vitæ periodum, sed animam etiam, per gratiam suam sanat, & post resurrectionem perfecta, & perpetua sanitate corpora sanabit. Vt autem gratia ipsius sanet animæ vulnera, & morbos, medicina sacramentalis est necessaria, ideo confessionem debet integram facere, & per ipsam æterno Patri reconciliari: si differret ad aliquam horam, vt sibi commodiorem, vel vt peccata melius posset recordari, & temporis angustia non vrgerent, admittendum id esset, & suo tempore redeundum ad confessionem audiendam, nisi ægrotus alij confiteri deberet: imò si morbi ratio id ferret, & generali confessione opus habere infirmus videretur, ei suggeri posset, vt non solum ab vltima confessione cogitet, quæ conscientiam premunt, sed & alia antea actæ vitæ peccata præcipuè si circa ea pacatam conscientiam non habet, recogitet, iuxta illud Ezechie Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ: si dilatio non peritur ad hos fines, sed quia detrahet laborem ingrediendi ad seipsum infirmus, vel obe-

*Quomodo ad confessionem adducendus etiam qui differre vellet.*

*Isai. 33.*

ICA.

tentatione  
babile, qu  
dicat illi,  
minus no  
suam grat  
mittat, o  
dunt inter  
& hoc fie  
tiz: proine  
tum remo  
in Ecclesia  
tardes con  
feras de d  
bis vnam h  
pœnitenti  
potest vel  
ducere; v  
natiens a  
idem Sapi  
fima mult  
obnoxij p  
rem, &  
mors, vel  
non amp  
ant, actu  
æternum  
Et quid  
die, cra  
cùm prin

are. Idem et-  
 icus, qui non  
 enit) ad bre-  
 sed animam  
 anant, & post  
 y perpetua sa-  
 t autem gras  
 ra, & mor-  
 is est necessa-  
 et integram  
 Patri recon-  
 am horam, vt  
 peccata meli<sup>9</sup>  
 r s angustia  
 m id esset, &  
 ad confessio-  
 tus alij con-  
 ratio id fer-  
 opus habere  
 eri posset, vt  
 essione cogi-  
 unt, sed & a-  
 cipuè si cir-  
 a non habet,  
 g Recogita-  
 in amaritu-  
 non peritur  
 tat laborem  
 mus, vel ob-  
 rea.

tentationem aliquam, & non videtur p-  
 babile, quòd postea magis paratus erit,  
 dicat illi, quòd, vt pater æternus & Do-  
 minus noster IESVS CHRISTVS in  
 suam gratiam & amicitiam ipsum ad-  
 mittat, oportet vt peccata, quæ diui- *Esa. 59.*  
 dunt inter Deum & ipsum, tollantur,  
 & hoc fiet per Sacramentum pœnitent-  
 iæ: proinde ne differat hoc impedimen-  
 tum remouere, etiam contra sapientis  
 in Ecclesiastico consilium, qui dicit: Ne *Eccle. 5.*  
 tardes conuerti ad Dominum, & ne dif-  
 feras de die in diem, non possumus no-  
 bis vnã horam vitæ polliceri, & tamen  
 pœnitentia in illa hora acta, vel nõ acta  
 potest vel ad regnum Dei aliquem per-  
 ducere; vel ab ipso exclusum, & dam-  
 nationis æternæ reum relinquere: ideò  
 idem Sapiens ait: Repromissio nequif- *Eccles.*  
 sima multos perdidit, quia si peccatis *77.*  
 obnoxij promittunt sibi vitam longio-  
 rem, & retardant conuersionem, &  
 mors, vel delirium eis superuenit, cum  
 non amplius pœnitendi tempus habe-  
 ant, actum est de ipsorum salute, & in  
 æternum peribunt Adde quoque vt au- *Martia-*  
 stor quidam benè ait: Qui non est ho- *lis.*  
 die, cras minùs aptus erit. Demùm  
 cum primum fieri poterit, ad confes-  
 M s fio.

tionem adducat, & suam operam in redigendis ad memoriam peccatis promittendo, eam faciliorem egrotanti reddere conetur, & cum assensum eius habuerit, semotis arbitris, audiat quæ ipse sciet & volet dicere: deinde ipse iuuet de iis, quæ sunt probabiliter omissa, percunctando & numerum & circumstantias necessarias: quæ postquam habuerit, quantum satis est, tunc ad contritionem (si eam imperfectam animaduertens, qui rit) hominem iuuet, id tamen cum ea moderatione faciat, ne in diffidentiam ægrotus, & nimiam animi deiectionem incidat, moneat ergo, ut consideret magnitudinem Dei, cuius præcepta transgressus est, sub quo præ humilitate profunda, incurvantur, qui portant orbem, Angeli, præ reuerentia, contremiscunt: & ut nihilum est omnis magnitudo creata. Consideret etiam in Deo iustitiæ zelum, quo Angelos & homines peccantes tam acerbè puniuit; & sanctitatem, qua sic odit peccatum, ut si quis in illo moriatur sine pœnitentia, licet sit aliqui filius dilectissimus, in æternum eum priuet hæreditate cœlesti, & ad inferni tormenta nunquam finienda releget.

Ad.

*Ad contritionem quomodo iuuandus, qui confitetur.*

*Job. 9.*

*2. Pet. 2*

Aduertat a  
ne nimis te  
si subtimid  
tionem ex  
genio) in  
multis ben  
Deus sit pr  
uenerit dil  
pepercit,  
dit illum,  
ta nobis b  
vitam prep  
& in infini  
ni honore  
tunc dicer  
Maiestatis  
nitatis, qu  
um adopt  
beneficiis  
pisti, & in  
fuit, sang  
eius pro te  
& illis pe  
petendo b  
maculasti  
quod tam  
& tantum  
deinde an

peram in re-  
 caris promit  
 tanti redde-  
 eius habues  
 iat quæ ipse  
 ipse inuet de  
 omiffa, per-  
 circumstan-  
 quam habue-  
 ad contritio-  
 nimaduerte-  
 am cum ea  
 diffidentiam  
 deiectionem  
 nfinderet ma-  
 cepta transf-  
 militate pro-  
 rtant orbem,  
 tremiscunt:  
 nitudo crea-  
 o iustitiæ ze-  
 ines peccan-  
 sanctitatem,  
 i quis in illo  
 licet fit alio-  
 ternum cum  
 & ad infer-  
 nda releget.  
 Ad.

Aduertat autem Sacerdos, vt diximus,  
 ne nimis terreat ægrotantes, præsertim  
 si subtimidi viderentur, & magis contri-  
 tionem excitet, ( quocunque illi sint in-  
 genio ) in memoriam redigendo, quam  
 multis beneficiis naturæ & gratiæ ipsum  
 Deus sit profecutus: quanta ipsum præ-  
 uenerit dilectione, qui proprio Filio nõ  
 pepercit, sed pro nobis omnibus tradi-  
 dit illum, & vtique pro singulis: quan-  
 ta nobis bona in regno cælesti post hanc  
 vitam preparauerit: quàm sit in se bonus  
 & in infinitum amabilis, & dignus om-  
 ni honore, obedientia, & obsequio, &  
 tunc dicet, hunc ergo D E V M, tantæ  
 Maiestatis, tantæ sanctitatis, tantæ bo-  
 nitatis, qui te de nihilo creauit, & in fili-  
 um adoptauit, & tanta dilectione &  
 beneficiis te profecutus est: contem-  
 pñisti, & iniuria affecisti, & quod in te  
 fuit, sanguinem I E S V C H R I T I filij *Heb. 6.*  
 eius pro te effusum conculcasti & in his  
 & illis peccatis ( quædam grauiora re-  
 petendo breuiter ) animam tuam com-  
 maculasti, quantum ergo dolere debes,  
 quòd tam ingrati te gesseris erga talem,  
 & tantum Patrem & benefactorem?  
 deinde animet eum, & erigat, dicendo:

M 6 pex-



*Ezech.*  
33.

perpende, quid sic offensus Pater cœlestis, pro sua tamen misericordia infinita, ad pœnitentiam te expectauit, quodque per Prophetam promisit, in quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor: quod IESVS CHRISTVS, qui pro peccatis tuis mortuus est, a pertis brachiis in cruce (vt vides) te inuitat, vt ad ipsum cum dolore vitæ præteritæ refugias, vt amplectatur te, & sanet animam tuam, & si cõueniet tibi, etiam corpus tuum, & ad tibi comparatam suis doloribus beatitudinem adducat, dic ergo corde & voce, si potes. cum publicano: Deus propitius esto mihi peccatori. Dic cum Dauid,

*Luc. 18.*

*Psal. 14.*

*Psal. 50.*

Domine propitiare peccato meo, multum est enim, dic cum eodem pœnitente: Miserere mei Deus meus, ô qui te nunquam offendisset, ô Pater amantissime, displicet mihi valdè, quod tam ingrateram bonitatem offenderim, ô Domine IESV CHRISTE, qui me tanta charitate peccatorum vilissimum redemisti, sanguinem & vitam tuam mihi impendendo, pœnitet me plurimum, quod tam sæpe, & tam grauitè tua mandata præuaricatus sum, quis mihi det fontem lachrymarum, vt desiccam ingratitude

&

& malitia  
re me ama  
creaturas  
ris mei pro  
tua gratia  
millies me  
si diu mihi  
ergo, & si  
quæ magi  
tentis occ  
nem de pe  
tis, & sff  
& emenda  
proponen  
fieri possi  
tate infor  
tum: & v  
de propo  
& tunc co  
conciliati  
beneficiu  
gentias ei  
licebit, im  
bum, & ei  
si Deo pla  
pro satisf  
& ob Dei  
tentia ali  
uissima,

& malitiam meam, qua te, qui tantope  
 re me amasti, & honorasti, contempsi, &  
 creaturas vilissimas tibi in affectu amo-  
 ris mei proposui firmiter propono, cum  
 tua gratia velle me potius in posterum  
 milies mori, quam te offendere, etiam  
 si diu mihi viuendum esset in terra, hæc  
 ergo, & similia, vel partem eorum, vel si  
 quæ magis accomodata personæ pœni-  
 tentis occurrent, dicat, vt ad contritio-  
 nem de peccatis præteritis, etiam obli-  
 tis, & affectum eorum relinquendum,  
 & emendationem, si viueret, firmiter  
 proponendam, adiuuet, & quo ad eius  
 fieri possit, curet, vt contritio sit chari-  
 tatè informata, & non ex timore tan-  
 tum: & vt firmum vitæ seridè emendan-  
 dæ propositum, si superuixerit, in eo sit,  
 & tunc consolando eum spe veniæ, & re-  
 conciliationis cum Deo, absolutionis  
 beneficium impendat & si aliquas indul-  
 gentias ei poterit impertiri, quam largè  
 licebit, impertiat, & vt patienter mor-  
 bum, & eius molestias, & mortem ipsam,  
 si Deo placuerit, de manu eius suscipiat,  
 pro satisfactione suorum peccatorum,  
 & ob Dei amorem admoncat, & pœni-  
 tentia alia vel non injungatur (nisi bre-  
 uissima, & quàm possit facilè peragere)  
 vel

vel si iniungitur alia maior, non nisi recuperata valetudine ad eam se teneri ægrotans intelligat.

*De ijs  
qui ad  
aliquam  
restitu-  
tionem  
tenen-  
tur.*

Si tamen habet aliquid alieni, quod restituere debeat, & statim possit, videat Sacerdos, an expediat differre absoluti-  
nem, donec id opere compleat. Vel si non differt, quia promittenti se statim id facturum, credit, vrgeat, vt viuens id fieri curet, ne hæredum arbitrio id relin-  
quat, quod tã opere ad suæ salutem ani-  
mæ pertinet, hoc de rebus clarè debitis intellige, si res esset dubia, & ipso viuens re declarari posset, an ad restitutiones te-  
neatur (vt in habentibus negotia vel ad-  
ministrationem bonorũ alienorum ac-  
cidere facilè posset) primo quoque tem-  
pore id fiat, si non eiusmodi res est, vt sta-  
tim possit veritas elucescere, in testamẽ-  
to, vel codicillo decernat, vt re declara-  
ta, cuiq, quod suum est reddatur, & tan-  
tundem fiat, si clarum quidem est debi-  
tum, & tamen non potest statim restitui,  
& solet bonum esse consilium, vt hære-  
des aliqua pœna, ad restitutionem tem-  
pestiuè faciendam, si statim non potest  
fieri, obligentur. sed valde optandum, &  
curandum est, vt statim fieri possit,

Si

Si cum  
publica, &  
fieri poter  
bus id con  
lium offer  
dam, & fat  
pax (si res i  
conficiatur  
modi, tran

Si ad far  
gatus, eo  
per alium  
scripto. si  
ex ijs, quib  
se submitta  
nationi,  
consequat

His, qu  
transactis  
charitativè  
vel de eius  
pso, qui ju  
ægrotus a  
ret ad illuc  
te reconci  
quanta hu  
fieri poter  
tur etiam,  
tionis sup

Si cum aliquo intercedit inimicitia publica, non solum ut ignoscat, sed si fieri poterit, ut coram notario, & testibus id constet, curandum est, & si ipse alium offendit, mittat ad veniam petendam, & satisfaciatur offenso, ut oportet, & pax (si res id feret) dum ægrotus viuit, conficiatur secretè si quæ fuerint huiusmodi, transigantur.

Si ad famæ restitutionem fuerit obligatus, eo modo quo poterit, per se, vel per alium eam restituere curet, verbo, vel scripto. si excommunicatus esset aliquis ex ijs, quibus mors imminet curetur, ut se submittat totis viribus Ecclesiæ ordinationi, ut beneficium absolutionis consequatur.

His, quæ ad confessionem pertinent transactis, viaticum Sanctissimæ Eucharistiæ dum sensus vigent, à parocho, vel de eius aut superioris facultate, ab ipso, qui iuuat morientem, vel alio sumat ægrotus ac prius instruat, ut se præparet ad illud dignè sumendum, præcedente reconciliatione, si ea opus erit, & cum quanta humilitate, fide, spe & dilectione fieri poterit, communicet. Admonetur etiam, ut sacramentum extremæ vitionis sumat, vel saltè petat, ut suo tempore

*Pax cõ  
offensis,  
vel of-  
fensoris  
bus cu-  
randa.*

*Famæ  
restitu-  
tio cu-  
randa.*

*De Sa-  
cramen-  
to Eu-  
chari-  
stie su-  
menda.*

Si

pore